

Saint Augustin, évêque, confesseur et docteur

Jeudi 28 août 2025

3ème classe

INTROÏT *Ecclésiastique 15, 5*

In médio Ecclésiæ aperuit os eius : et implévit eum Dóminus spírítu sapiéntiæ et intelléctus : stolam glóriæ índuit eum. **Ps. 91** Bonum est confitéri Dómino : et psállere nómini tuo, Altíssime. **V.** Glória Patri.

Au milieu de l'assemblée, le Seigneur lui a ouvert la bouche et l'a rempli de l'esprit de sagesse et d'intelligence, et il l'a revêtu de la robe de gloire. **Ps. 91** Il est bon de louer le Seigneur, et de chanter votre nom, ô Très-Haut. **V.** Gloire...

COLLECTE

Adésto supplicatióibus nostris, omnípotens Deus : et, quibus fidúciã sperándæ pietátis indúlges, intercedénte beáto Augustíno Confessóre tuo atque Pontífice, consuétæ misericórdiæ tríbue benígnus efféctum. Per Dóminum.

Soyez attentif à nos supplications, Dieu tout-puissant, et à ceux que vous dotez d'une confiante espérance en votre bonté, accordez dans votre bienveillance, par l'intercession du bienheureux Augustin, votre évêque et confesseur, l'effet de cette miséricorde qui vous est coutumière. Par...

Mémoire de sainte Hermès.

Deus, qui beátum Hermétem Mártýrem tuum virtúte constántiæ in passióne roborásti : ex eius nobis imitatióne tríbue ; pro amóre tuo própsera mundi despícere, et nulla eius advérsa formidáre. Per Dóminum.

Ô Dieu, qui avez fortifié le bienheureux Hermès, votre martyr, par la vertu de constance dans la souffrance : donnez-nous de mépriser à son exemple et pour votre amour les succès de ce monde, et de ne craindre aucune de ses oppositions. Par...

ÉPÎTRE *de saint Paul à Timothée II. 4, 1-8*

Carissime : Testificor coram Deo, et Iesu Christo, qui iudicaturus est vivos et mortuos, per adventum ipsius et regnum eius : prœdica verbum, insta opportune, importune : argue, obsecra, increpa in omni patientia, et doctrina. Erit enim tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria, coacervabunt sibi magistros, prurientes auribus, et a veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur.

Tu vero vigila, in omnibus labora, opus fac Evangelistæ, ministerium tuum imple. Sobrius esto. Ego enim iam delibor, et tempus resolutionis meæ instat. Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi. In reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die, iustus iudex : non solum autem mihi, sed et iis, qui diligunt adventum eius.

GRADUEL *Psaume 36, 30-31*

Os iusti meditabitur sapientiam, et lingua eius loquetur iudicium. *Ÿ*. Lex Dei eius in corde ipsius : et non supplantabuntur gressus eius.

ALLÉLUIA *Psaume 88, 21*

Alleluia, alleluia. *Ÿ*. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. Alleluia.

Mon bien-aimé : je t'adjure devant Dieu et le Christ Jésus, qui soit juger les vivants et les morts, par son avènement et son royaume : prêche la parole ; intervient à temps et à contretemps ; reprends, supplie, menace, en toute patience et doctrine. Car un temps viendra où les hommes ne supporteront plus la saine doctrine, mais ils se choisiront une foule de maîtres selon leurs désirs, avides de ce qui flatte l'oreille. Ils détourneront l'oreille de la vérité pour l'ouvrir à des fables.

Quant à toi, sois vigilant, travaille constamment, fais œuvre de prédicateur de l'Évangile, remplis jusqu'au bout de ton ministère. Sois sobre. Car, en ce qui me concerne, me voici déjà répandu en libation et le moment de mon départ est proche. J'ai combattu le bon combat ; j'ai accompli ma course jusqu'au bout ; j'ai gardé la foi. Elle est prête désormais, la couronne de justice que me donnera le Seigneur, le juste juge, en ce grand jour ; non seulement à moi, mais aussi à tous ceux qui aiment son avènement.

La bouche du juste méditera la sagesse, et sa langue annoncera l'équité. *Ÿ*. La loi de Dieu est dans son cœur, et ses pas ne chancelleront pas.

Alleluia, alléluia. *Ÿ*. J'ai trouvé David, mon serviteur, j'ai répandu sur lui mon huile sainte. Alléluia.

+ ÉVANGILE *selon saint Matthieu 5, 13-19*

In illo tēpore : Dixit Iesus discipulis suis : Vos estis sal terræ. Quod si sal evanúerit, in quo saliétur ? Ad níhilum valet ultra, nisi ut mittátur foras, et conculcétur ab homínibus.

Vos estis lux mundi. Non potest cívitas abscondi supra montem pósita. Neque accéndunt lucérnam, et ponunt eam sub módio, sed super candelábrum, ut lúceat ómnibus qui in domo sunt. Sic lúceat lux vestra coram homínibus, ut vídeant ópera vestra bona, et gloríficent Patrem vestrum, qui in cælis est.

Nolite putáre, quóniam veni sólvere legem aut prophétas : non veni sólvere, sed adimplére. Amen, quippe dico vobis, donec tránseat cælum et terra, iota unum aut unus apex non præteríbit a lege, donec ómnia fiant. Qui ergo solvent unum de mandátis istis mínimis, et docúerit sic hómines, mínimus vocábitur in regno cælórum : qui autem fécerit et docúerit, hic magnus vocábitur in regno cælórum.

OFFERTOIRE *Psaume 91, 13*

Iustus ut palma florébit : sicut cedrus, quæ in Líbano est, multiplicábitur.

SECRÈTE

Sancti Augustíni Pontíficis tui atque Doctóris nobis, Dómine, pia non desit orátio : quæ et múnera nostra concíliet ; et tuam nobis indulgéntiam semper obtíneat. Per Dóminum.

Mémoire de sainte Hermès.

En ce temps-là, Jésus dit à ses disciples : « Vous êtes le sel de la terre. Si le sel s'affadit, avec quoi le salera-t-on ? Il n'est plus bon qu'à être jeté dehors et foulé aux pieds par les hommes.

« Vous êtes la lumière du monde. Une ville située au sommet d'une montagne ne peut être cachée ; et on n'allume pas une lampe pour la mettre sous le boisseau, mais on la met sur le chandelier et elle éclaire tous ceux qui sont dans la maison. Que votre lumière brille ainsi devant les hommes, afin qu'ils voient vos bonnes œuvres et qu'ils glorifient votre Père qui est dans les cieux.

« Ne pensez pas que je sois venu pour abolir la loi ou les prophètes ; je suis venu non pour les abolir, mais pour les accomplir. Car, en vérité je vous le dis, jusqu'à ce que passent le ciel et la terre, un seul iota ou un seul trait de la loi ne passera pas que tout ne soit accompli. Celui donc qui aura violé un de ces moindres commandements et appris aux hommes à faire de même, sera appelé le moindre dans le royaume des cieux ; mais celui qui les observera et les enseignera sera appelé grand dans le royaume des cieux. »

Le juste fleurira comme le palmier et il s'élèvera comme le cèdre du Liban.

Que la fervente prière de saint Augustin, votre évêque et docteur, ne nous fasse pas défaut, Seigneur, mais vous fasse agréer nos dons et nous obtienne toujours votre pardon. Par...

Sacrificium tibi, Dómine, laudis
offérimus in tuórum commemoratióne
Sanctórum : da, quæsumus ; ut, quod illis
cóntulit glóriam, nobis prosit ad salutem.
Per Dóminum.

COMMUNION *Luc 12, 42*

Fidélis servus et prudens, quem
constituit dóminus super familiam
suam : ut det illis in témpore trítici
mensúram.

POSTCOMMUNION

Ut nobis, Dómine, tua sacrificia dent
salutem : beátus Augustínus Póntifex
tuus et Doctor egrégus, quæsumus,
precátor accédât. Per Dóminum.

Mémoire de sainte Hermès.

Repleti, Dómine, benedictióne cælésti,
quæsumus cleméntiam tuam : ut,
intercedénte beáto Herméte Mártire tuo,
quæ humíliter gérimus, salúbriter
sentiamus. Per Dóminum.

Nous vous offrons, Seigneur, ce
sacrifice de louange en mémoire de
vos saints ; faites, nous vous en prions, que
ce qui leur a procuré la gloire serve à notre
salut. Par...

Voici le serviteur fidèle et prudent que
le Seigneur a établi sur sa famille, afin
de distribuer à chacun en temps voulu sa
mesure de blé.

Afin que votre sacrifice nous procure le
salut, Seigneur, nous vous demandons
que le bienheureux Augustin, votre évêque
et illustre docteur, intercède pour nous.
Par...

Comblés de la bénédiction céleste, nous
prions votre clémence, Seigneur : que
par l'intercession du bienheureux Hermès,
votre martyr, nous éprouvions les effets
salutaires de notre humble célébration.
Par...